

DIVI IVSTINI  
PHILOSOPHI AC  
MARTYRIS OPERA NON

ita pridem Græcè edita, nuper verò La-  
tinè reddita interprete Sigismundo  
Gelenio : quorum tituli pagina  
operis initio obuersa  
apparent.

*Denuò ad ntrum Exemplar accuratè recognitæ  
exactèque emendata.*



PARISIIS,

Apud Guilieum Iullianum, sub signo Amicitiae,  
prope Collegium Cameracense.

1565.



N I C O L A V S E P I -  
S C O P I V S C A N D I D O  
L E C T O R I S . D .



*TSI* nunquam no-  
stri huius scripturiētis  
seculi hominum mo-  
res mihi placuerint,  
candide Lector, quo,  
vt refert Horatius,

Scribimus indocti doctique  
poëmata passim:  
semperque plus pöderis apud me habue-  
rit, *καὶ δὲ βιάσαι*, quàm indignantis Iuena-  
lis dictum,

Aude aliquid breuibus Gyaris  
& carcere dignum,

Si vis esse aliquid:  
eaque de causa animus fuerit, nunquam  
vlllo scripto meam infantiam in vulgus

ad hunc modum scribens: Ego quidem insi-  
dias & fustuarium expecto à quopiam, qui  
alicuius sit nominis, vel ab ipso etiam Crescen-  
te insipiente, arrogantiae quippe magis quàm  
sapientiae amante. Indignus nanque est, qui  
philosophus & sapientiae amator dicatur: pro-  
pterea quòd publicè de rebus quas ignorat,  
videlicet quòd Christiani athei prorsusque si-  
ne Deo & impij sint, asseuerat, ad gratiam &  
libidinem eorum qui ab eo sunt in errorè sedu-  
cti, id faciens. Si enim doctrinam Christi, quam  
non attigit, reprehendendo proscindit, impro-  
bissimus est, idiotis atque indoctis hominibus  
multo deterior: qui sæpe de rebus quas igno-  
rant, loqui, & falso testificari superfedent. Sin  
Christianam professionem didicit, aut ampli-  
tudinem eius nō intellexit: aut certè intellexit,  
& ne Christianus esse suspectus fiat, nos crimi-  
natur. Itaque longè adhuc est importunior,  
nihil ingenui & liberalis ingenij ha-  
bens, utpote inepta & ab-  
surda opinione vir,  
timoríq; sor-  
dido ob-  
noxius,  
&c.

# IUSTINVS ZENAE

et Sereno Fratribus. S. D.

SIGISMUNDO GELENIO

INTERPRETE.



**D**E EA QUAE videtur quibusdam eruditio, cum sit rationis expertis inutilisque disciplina, petita est traditionibus hominum, cum Pharisaeis vita opinionemque consentientium, in Epistola ad Papam diligentissime disserui. verum ne videar reprehensor nimius, utque bene ac feliciter degendi cupidis occasionem salutarem praebeam, quamvis iam antea accurate scripsisse ad Principes mihi videor, non grauebor tamen vobis quoque scribere, quo cognoscatis instituta quorundam puerilia. prodest enim scire conuersationes a ratione alienas, ne quis improviso studio in eas incidat. Vos certe recte facitis quod ut boni viri euadatis adnitimini: sed quoniam his turbatorum temporum motibus ad mundum retrahimini, a quo noster seruator nos auocans negans se esse ex eo: & ut veritatis amici simus vobis consulens, expectemusque effectum caelestis Otetiae, voluntatem aeterni patris exsequentes, longe alieni a mundanis rixis ac uoluntatibus, iam sibi metipse infestus est quiuis iracundus, & intentio solet in authoris caput recidere: quae crebris exemplis compertum est, quosdam conueniant unde acceperint iniuriam, se ipsos diuexant ac rodere. Non est igitur molestè resistendum precantibus & lacessentibus, sed constanter placide respondendum hoc tantum: Nunquam efficies, si timueas a proposito. Curandum autem ut pacem faciamus cum aduersariis, nec indulgendum ira, vel sibi blandiendo, ut dicas.

DIVI IUSTINI APO-  
LOGIA SECUNDA

*pro Christianis, ad An-  
toninum Pium.*



IMPERATORI T. Aelio  
Adriano Antonino Pio Au-  
gust. Cæs. & Verissimo F.  
philosopho, & Lucio phi-  
losopho Cæsaris Germano  
filio, Pij verò adoptiuo, a-  
matori eruditionis, sacròq;  
senatui & vniuerso populo  
Romano, pro generi huma-  
no iniuste inuisis execratif-

que, Iustinus Prisci Bacchi filius, à Flauia Neapoli  
Syriae Palaestinae, vnus eorum hanc appellationem &  
supplicationem feci.

Ratio dicitur, verè pios ac philosophos solâ veritatē  
honore amorēq; dignari, neglectis veterū opinionib⁹,  
si vitiosæ fuerint. nam incorrupta ratio dicitur, non so-  
lum non esse sequendos qui male quid aut docent aut  
faciunt; verū etiā studio veritatis modis omnibus iu-  
stè faciendâ dicendâq; omnia, contēpto vitæ periculo  
siquis mortem minetur. vos certe ab omnibus auditis  
Pij, Philosophi, custodes iusticiæ, amatores eruditio-  
nis: an autem sitis, declarabitis. non enim adulationis  
causa vos compellamus his literis, nec largimur, quic-  
quā vestris auribus, sed vt seriam & accuratam iudicā-  
di rationem exposcamus accessimus vos, haud præoc-  
cupatos pristinis p̄suasionibus, neq; capturos fauorem  
superstitiosorū hominū, ac ne bruto quidē impetu in-  
ueteratūq; calumniis cōtra nos motos, quo secus q̄ ex-  
pedi proferatis sentētiam. Scimus enim nos ledi posse  
à nemine, nisi deprehēdamur in sceleribus aut malefi-  
ciis. occidere potestis, lædere nō item. Verū nequis  
hāc vocem inconditā & audacem existimet, oramus vt